Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



habierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua
facio omnia. Versiculus. Sancta Lucam.
Ingressus ihesus pambulabat iericho. Et ecce uir nomine
zacheus. et hic erat princeps publicanorum. et ipse diues.
Et querebat uidere ihesum quis esset. et non poterat pre
turba quia statura pusillus erat. Et precurrens ascen
dit in arborem sicomorum ut uideret illum. quia inde e
rat transiturus. Et cum uenisset ad locum. suspici
ens ihesus uidit illum. et dixit ad eum. Zachee festinus
descende. quia hodie in domo tua oportet me manere.
Et festinans descendit. et excepit illum gaudens. Et
cum uiderent omnes murmurabant dicentes. quod
ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem
Zacheus dixit ad ihesum. Ecce dimidium bonorum me
orum dabo pauperibus. et siquid aliquem defrau
dauj reddo quadruplum. dixit ihesus ad eum. Quia hodie
salus domui huic facta e. eo quod et ipse filius sit
abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum
facere quod perierat. De sancta Trinitate. Ad Ro. Am.
Versiculus. O altitudo diuitiarum sapientie et scie
nie dei. quam incomprehensibilia sunt iudi
cia eius. et inuestigabiles uie eius. Quis enim cognouit
sensum domini. aut quis consiliarius eius fuit. aut quis
prior dedit illi et retribuetur ei. Quoniam ex ipso et per ipsum

Romanorum.